



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bruchstücke mittelalterlicher Enqueten aus Unteritalien

Sthamer, Eduard

Berlin, 1933

IX. Streit um ein Grundstück bei Nardò. Zeit Karls I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69737](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69737)

IX. Streit um ein Grundstück bei Nardò. Zeit Karls I.

Fasc. Ang. A (Carte sciolte) fol. 67^a^b. Orig. chart.[De Gallipolo¹.]

[1] [Notarius Iohann]es de Gallipolo [iuratus et interrogatus secundum] p[redictum] te[norem] dixit, quod predicta cultura est [et esse de]bet et fuit hactenus de demanio et pertinenciis seu te[rritorio] terre Neritonis². In causa scientie dixit, quod vidit et videt et manifeste videri potest, quod dicta cultura est intus in corpore pertinenciarum et territorii Neritonis prope ipsam arcem (?) Neritonis, distans ab ea per iactum unius baliste; et casale Galatule³ predictum est separatum cum omnibus suis pertinenciis a long[. . .] cultura [. . .] Neritonis per duo miliaria et plus; et iam sunt quinquaginta anni elapsi et plus, de quo tempore ipse bene recordatur, quod vidit dictam [culturam] de Palio [vel Pacy]o⁴ esse in demanio curie et de pertinenciis seu territorio Neritonis, et vidit procuratores curie, qui erant pro tempore in Neritone, proc[urant]es predictam culturam pro parte curie percipere exinde proventus et redditus ipsius spacio temporis predicti. Nam licet aliquando dicta cultura per dominos Ga[latul]e extiterit occupata, tamen quasi in continenti absque more^a dispendio inquisitores demaniorum morticiorum^b et excadenciarum curie culturam predictam ad manus curie revocabant. De cuius culture revocatione dixit idem per omnia quod sire Iohannes de Matheo. De annuo valore dicte culture et dicti casalis Galatule dixit se nescire.

Von den weiteren Zeugenaussagen sind hervorzuheben:

[2] Iudex Guilielmus Pectevinus . . . addidit . . . , quod tempore, quo predictus iudex Leo Mancinus de Baro⁵ culturam predictam tamquam ad demanium verum curie pertinentem ad manus curie revocavit, idem testis erat notarius puplicus iudicis Leonis et revocationem culture predicte et assignacionem ipsius per eundem iudicem factam procuratoribus rerum curie in Neritone in scriptis et quaternionibus predicti iudicis Leonis propria manu redegit et de revocatione et assignacione culture ipsius fecit fieri ad cautelam curie publica instrumenta. Interrogatus de tempore dixit, quod fuit tempore domini imperatoris predicti; de loco dixit, quod fuit intus in maiore ecclesia Neritonis.

[3] Notarius Martinus de Primocer(io)⁶ . . . addidit, quod eo tempore, quo iudex Iohannes sire Leonis de Licio⁷ predictam culturam ad manus curie revocavit, ipse erat procurator rerum curie in Neritone una cum Sergio Malucor(e)⁸ de eadem terra, et dictus iudex Iohannes post revocationem factam assignavit eis tamquam procuratoribus culturam ipsam per eos ad opus curie procurandam.

[4] Notarius Stephanus de presbitero Pancallo . . . dixit se nichil aliud scire, nisi quod ipse, dum exercebat officium baiulacionis in dicta terra Neritonis, recepit in mandatis a vicesecreto curie Terre Ydronti, ut predictam culturam ad opus curie procuraret.

^a Orig. moram. ^b Orig. morticiarium.

¹ Gallipoli, am Golf von Tarent.

² Nardò, nördlich Gallipoli.

³ Galatona, südöstlich Nardò. Über die Identität vgl. Giustiniani V 27.

⁴ Die genaue Identifizierung dieser Örtlichkeit muß der Lokalforschung überlassen bleiben. Erwähnt wird das Feudo del Pallio auch bei Tafuri S. 82.

⁵ In Ziff. 11 wird er Leo Mancus genannt.

⁶ Siehe Ziff. 9.

⁷ Siehe dessen Aussage Ziff. 9.

⁸ Siehe Ziff. 9.

[5] Notarius Gabriel . . . dixit se n[ichil aliud scire], nisi quod dominus Guilielmus de Pisanello¹ revocavit culturam ipsam ad manus curie. Interrogatus de causa scientie dixit, quod ipse interfuit [revocacioni] predictae. Interrogatus de tempore dixit, quod fuit, quando dictus dominus Guilielmus in Neritone et Licio magistratus^a officium exercebat. De loco [. . .].

[6] [. . . iuratus et] interrogatus, si cultura, que dicitur Pa[l]lio, est et esse debet [et fuit hactenus de demanio et pertinenciis seu territorio casalis] Galatule vel terre Neritonis, dixit se scire, quod predicta cultura, que dicitur de Pallio vel de [Pacyo, fuit] de man[ibus] domini Thomasii Gentilis², qui tenebat ipsam racione^b casalis Galatule, asserens predictam culturam ad demanium pred[icti] casalis Galatule pertinere, de mandato condam domini Manfredi per quendam^c dominum Guilielmum Pisanellum³ statutum per eundem dominum [Manfredum] super inquirendis revocandis demaniis (et)^d omnibus iuribus curie ad manus curie revocata. Interrogatus de causa scientie loco et tempore dixit idem, quod notarius Gabriel⁴. Ad alia nichil.

[7] Presbiter Leo de dompno Goffrido . . . dixit, quod audivit dici, quod tempore domini imperatoris predicta cultura fuit de manibus domini Henrici Fraiapane⁵ tunc temporis domini casalis Galatule per inquisitores et revocatores demaniorum curie ad manus curie revocata. Dixit etiam, quod predicta cultura fuit revocata ad manus curie per inquisitorem Iohannem [sire Leonis] de Licio⁶, tempore quo dominus Bartholomeus Simplex⁷ tenebat dictum casale Galatule et, credendo dictam culturam esse de demanio Galatule, tenebat ipsam in preiudicium curie occupatam. Interrogatus de tempore dixit, quod fuit eo tempore, quando dominus Bartholomeus predictus tenebat predictum casale Galatule. De loco dixit, quod fuit in Neritone.

[8] Monglavicus . . . addidit, quod predicta cultura fuit per dominum Guilielmum de Pisanello⁸ de manibus domini Thomasii Gentilis, qui continebat terram casalis Galatule occupatam, ad manus curie revocata. De loco et tempore dixit se non recordari.

Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.

Fasc. Ang. A (Carte sciolte) fol. 71^{ab}.

De Licio⁹.

[9] Iudex Iohannes sire Leonis de Angelo de Licio¹⁰ iuratus et interrogatus secundum predictum tenorem dixit, quod cultura, que dicitur de Palio vel de Pacyo, est et esse debet et fuit hactenus de demanio et pertinenciis seu territorio terre Neritonis. Interrogatus

^a mārat'. ^b Orig. racionis. ^c Oder quondam. ^d Fehlt Orig.

¹ Siehe Ziff. 6 und 8. Er war 1248 Justitiar von Sicilia citra flumen Salsum. Winkelmann, Acta I 708 Nr. 932.

² Tommaso Gentile, der bekannte Großhofjustitiar Manfreds. Arndt S. 172. Tafuri S. 138ff.

³ Siehe Ziff. 5 und 8.

⁴ Siehe oben Ziffer 5.

⁵ Dem Heinrich Frangipani wurde am 29. Mai 1249 durch Innozenz IV. das Fürstentum Tarent mit der ganzen Terra d'Otranto auf Grund angeblich alter Ansprüche restituiert. Rodenberg II 542 Nr. 735. Bestätigung dieser Restitution durch denselben Papst vom 21. Januar 1252, ebendort III 112 Nr. 131.

⁶ Vgl. Ziff. 3, 9 und 10.

⁷ Bartholomeus de Aglano, genannt Simplex, war Großseneschall Manfreds. Arndt S. 78 Anm. 15 und S. 125 Anm. 13. Er wurde in den Schlacht bei Benevent gefangen genommen. Capasso, Hist. dipl. S. 306ff. Nr. 513—519. Über sein späteres Schicksal vgl. Reg. Imp. V 14373 und Del Giudice, Codice II 111 Nr. 24 und II 112 Anm.

⁸ Vgl. Ziff. 5 und 6.

⁹ Lecce.

¹⁰ Vgl. oben Ziff. 3, 7 und 10.

quomodo sciret, dixit, quod, cum tempore quondam domini Manfredi principis Tarentini fuerit commissum et iniunctum sibi per eundem dominum [Man]fredum, ut deberet inquirere de demaniis morticiis et excadenciis curie per personas aliquas occupatis et ad ius et proprietatem curie revocandis, ipse iudex I(ohannes) auctoritate mandati ipsius inquisitionem fecit de predictis demaniis morticiis et excadenciis curie diligenter. Et quia per ipsam inquisitionem invenit, quod dicta cultura, que dicitur de Palio vel de Pacyo, fuerat ab antiquo de demanio curie et de territorio et pertinenciis Neritonis, et quod ad verum [dem]anium curie pertinebat, et quia invenit per eandem inquisitionem, quod dominus Bartholomeus Simples, qui postmodum fuit comes, tunc temporis dominus dicti^a casalis Galatul(e), occ[upave]rat culturam predictam de Palio vel de Pacyo et eandem culturam detinebat in preiudicium curie occupatam, ideo culturam predictam ad demanium curie pertinen[tem et territorium]^b terre Neritonis pro parte curie revocavit et assignavit culturam predictam notario Martino¹ et Sergio Malucor(e)¹ tunc temporis procuratoribus rerum curie in N[eritone ad opus curie] procurandam. Et de revocatione et assignacione culture ipsius fecit fieri [ad] cautelam curie puplica instrumenta², que postmodum ad curiam predicti domini [Manfredi . . . cul]ture et dicti casalis [. . .] dixit se nescire.

Von den weiteren Zeugenaussagen sind hervorzuheben:

[10] [. . .] de [. . .] ce . . . addidit, quod tempore, pro dictus iudex Iohannes sire Leonis de Licio³ dictam culturam ad manus curie revocavit, ipse tamquam notarius puplicus Neritonis de revocatione ipsa et assignacione procuratoribus rerum curie in Neritone fecit puplica instrumenta.

[11] Presbiter Petrus de Sancto Leone . . . dixit, quod ipse interfuit, quando iudex Leo Mancus⁴, statutus inquisitor per dominum inperatorem super revocandis demaniis [et] iuribus omnibus curie et quibuscunque detentis et occupatis, revocavit predictam culturam ad manus curie tamquam demania de pertinenciis territorio Neritonis et assignavit eandem sire Georgio (?) Premataro (?) et iudici Iohanni Nigro, tunc temporis procuratoribus rerum curie in Neritone, per eos ad opus curie procurandam. Interrogatus de causa scientie dixit, quod ipse interfuit revocationi et assignacioni [. . .]. Interrogatus de tempore dixit, quod fuit olim tempore domini imperatoris predicti; de loco dixit, quod fuit intus in maiore ecclesia Neritonis.

[12] [. . .] de presbitero Stephano . . . d[i]xit, quod vidit] multociens procuratores rerum curie in Neritone locare pro parte [curie . . .] partem victualium volentibus predictam culturam lab[orare . . .] partem victualium, pro quo ipsis concesserant seu [. . .] ad laborandum. Interrogatus, qui fuerunt procuratores, dixit [. . . Iohannes] Niger, quandoque iudex Theodorus de iudice Pe[tro(?)].

^a Im Orig. wiederholt.

^b Nur vermutungsweise so ergänzt.

¹ Siehe dessen Aussage Ziff. 3.

² Die Aussage des Notars Ziff. 10.

³ Siehe Ziff. 3, 7 und 9.

⁴ Siehe Ziff. 2.